



# **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1859**

XII. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Callies zu ihrer bessern Befestigung auf drei Jahre ihre Abgaben, am 24. März 1336.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55359)

approbatam constantiam, vos ex benivolentia mentis nostre, beneficio libertationis et singularis gratie decreuimus circumplecti, vosque communiter libertamus et libertare decernimus a festo Natiuitatis domini proxime venientis per quatuor annos continuos a pensione siue exactione annua nobis debenda, sic quod ipsam, premillis annis durantibus neque nobis neque ulli nostri nomine dare teneamini, sed solum vestris et etiam ciuitatis predictae vobis, ubi necesse fuerit, applicare. Datum Soldin etc.

Aus einem Copialbuche des Geheimen Staatsarchives (L. C. 4 in quarto).

XII. Markgraf Ludwig erläßt der Stadt Callies zu ihrer bessern Befestigung auf drei Jahre ihre Abgaben, am 24. März 1336.

Anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXX sexto, die palmarum, in vrankenfuord, Ludovicus etc. ciuibus in kaliz gratiam suam etc. Intuentes et diligenti consideracione pensantes egestatem et defectus, quos vobis ex certificis veridicorum relacionibus percipimus et etiam oculata fide cognouimus imminere, vniuersitati vestre hanc gratiam facere decreuimus singularem, videlicet quod nobis neque vlli officiorum nostrorum ad solutionem pensionis siue contribucionis annue et solite a festo beati Michaelis proxime veniente per tres annos continuos teneamini, sed quod ipsam pensionem nobis debitam in vtilitates et munimenta ipsius ciuitatis probabilia et euidentia conuertatis. In cuius etc.

Aus dem Leipziger Copialbuche der Vogtei Landsberg, Bl. 25, No. XIII.

XIII. Markgraf Ludwig verleiht der Gattin Hennings von Wedel, Catharina, ein Leibgedinge, am 16. Juli 1336.

Anno domini M. Trecentesimo tricesimo sexto, in Crastino diuisionis apostolorum beatorum Ludouicus etc. Contulimus et presentibus conferimus honeste matrone Katherine, conthorali legitime strenui viri Henningi de Wedele, dilecti nostri fidelis, veri dotalitii nomine, quinquaginta frusta denariorum Brandenburgensium annuorum reddituum in villa naticow sita cum omnibus iuribus, commodis, libertatibus et honoribus, sicut dictos redditus Henningus predictus dinoscitur possedisse. Dantes quoque sibi dilectum nostrum Haffonem de Wedel seniozem pro inuestitore, vt ipsam, dum petierit, in dictorum reddituum corporalem possessionem ducat, mora qualibet quiescente. In cuius etc. Testes vero sunt Io. Buch, Ludewich Wedel, miles, Haffo de Wedel, Tydeko de Brederlo.

Aus einem Copialbuche des Geh. Staatsarchives (I. Cod. 4 in qu.) No. XIII.